Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



mouerat dnꝰ cont eos. timuit q̃
populus dnm: et crediderunt
dnō et moysi seruo eius. XV.

a Tunc cantauit moyses et fi
li israel carmen hoc dnō
et dixerunt. Cantemus
dnō. Gloriose enim magnificatus
est: equum et ascensorem deiecit in
mare. Fortitudo mea et laus mea
dnꝰ: et factus est mihi in salu-
tem. Iste deus meus et glorificabo
eum. deus patris mei et exaltabo
eum. Dnꝰ qui vir pugnator.
omnipotens nomen eius: currus
pharaonis et exercitum eius proiecit
in mare. Electi principes eius
b. submersi sunt in mari rubro. abyssi
operuerunt eos: descenderunt
in profundum sicut lapis. Dextera tua
dne magnificata est in fortitudine.
dextera tua dne percussit inimicum. Et in multitudine gloriae tuae
deposuisti adversarios meos. emisisti
iram tuam. quae devorauit eos sicut
stipulam. et in spiritu furoris tui con-
gregatae sunt aquae. Stetit unda fluens
congregata sunt abyssi in medio
mari. Dixit inimicus: persequar et comprehendam: dividam
spolia implebitur anima mea. Educam
c. gladium meum: interficiet
eos manus mea. Flauit spiritu
tuo: et operuit eos mare. sunt
sicut plumbum in aquis vehe-
mentibus. Quis similis tui in fortibus
dne. Quis similis tui magnificus
in sanctitate terribilis atque lauda-
bilis. et faciens mirabilia exten-
disti manum tuam: et deuorauit
eos terra. Dux fuisti in misericor-
dia tua: populo quem redemisti. et
portasti eum in fortitudine tua ad
habitaculum sanctum tuum. Ascende-
d. runt populi et irati sunt: dolores
obtinuerunt habitatores philistim.

Tunc conturbati sunt principes edom:
robustos moab obtinuit tremor
obriguerunt omnes habitatores
chanaan. Irruat super eos formi-
do et timor in magnitudine brachii
tui. Fiant immobiles sicut lapis:
donec pertranseat populus tuus dne
quem possedisti. Introduces eos et
plantabis in monte hereditatis tuae
firmissimo habitaculo tuo quod o-
peratus es dne. Sanctuarium tuum do-
e. mine. quod firmauerunt manus tuae. Do-
minus regnabit in eternum et ultra
ingressus est enim equus pharao-
nis cum curribus et equitibus eius in ma-
re. et reduxit super eos dnꝰ aquas
maris. Filii autem israel ambulaue-
runt per siccum in medio eius. Sum-
sit ergo maria prophetissa soror aa-
ron tympanum in manu sua. egres-
sique sunt omnes mulieres post ea
cum timpanis et choris: quibus praeibat dicens. Cantemus dno
Gloriose enim magnificatus est:
f. equum et ascensorem eius deiecit in
mare. Tulit autem moyses israel
de mari rubro: et egressi sunt in
desertum sur. Ambulauerunt autem tri-
bus diebus per solitudinem et non in-
uenebant aquam. Et pervenerunt in
marath: nec poterant bibere aquas
de marath eo quod essent amare
unde et congruum loco nomen im-
posuit: vocauit illum marath id
est amaritudinem. Et murmura-
uit populus contra moysen dicens
Quid bibemus. At ille clamauit
ad dnm: cui ostendit ei lignum:
g. quod cum misisset in aquas. in dulce-
dinem versae sunt. Ibi constituit ei
praecepta atque iudicia. et ibi tem-
tauit eum dicens Si audieris vo-
cem dni dei tui: et quod rectum est
coram eo feceris. et obedieris
mandatis eius: custodieris que
omnia praecepta illius: cuncta languor